



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 27. Quorundam motus contra hoc pontificis Breve.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](#)

Sæc. XVIII. „habuerint, illa statim atque præsentes  
 A. C. 1729. „literæ eis innotuerint, locorum Or-  
 „dinariis, vel hæreticæ pravitatis In-  
 „quisitoribus tradere, atque config-  
 „nare teneantur; hi vero ea sibi sic  
 „tradita illico flammis aboleri current:  
 „in contrarium facientibus non obstan-  
 „tibus quibuscumque.

§. 3. Ut autem eædem præsentes  
 „literæ ad omnium notitiam facilius  
 „perveniant, nec quisquam illarum  
 „ignorantiam allegare possit, volumus  
 „etiam, & auctoritate præfata decerni-  
 „mus, ut illæ ad Valvas Basilicæ Prin-  
 „cipis Apostolorum, ac Cancellariæ  
 „Apostolicæ, Curiæque generalis in  
 „Monte Citatorio, & in acie Campi  
 „floræ de Urbe per aliquem ex Curso-  
 „ribus nostris, ut moris est, publi-  
 „centur, illarumque exempla ibidem  
 „affixa reliquantur, & sic publicatæ  
 „omnes & singulos, quos concernunt,  
 „perinde afficiant, ac si unicuique illo-  
 „rum personaliter notificatæ, & inti-  
 „matæ fuissent. „

§. XXVII.  
*Quorundam motus contra hoc Po-  
 tificis Breve.*

**Q**uamprimum hæc Benedicti XIII.  
 censura in Franciam erat delata,  
 mox

mox Abbas Pucella ad supremam Pa-  
risiensis Parlamenti Curiam die prima Sæc. XVIII.  
Decembris Breve Pontificium detulit,  
A. C. 1729.  
quod tamen supremus Præses accep-  
tare renuit, caussatus, illud esse red-  
dendum Regii Juris Cognitoribus; ad  
hos enim spectare illius denuntiatio-  
nem: Altera autem die, cum idem  
Parlamenti Præses & Procurator Ge-  
neralis Aulam accederent, Fleuryus  
Cardinalis, Cancellarius & Regii Si-  
gilli Custos utriusque acriter exprobra-  
bant, quod hac in caussa, nec petito  
nec expectato Regis mandato, senten-  
tiam pronuntiare ausi fuissent, nil ergo  
ultra hac in re attentarent: Percepto  
hoc responso Antissiodorensis Episcopus  
contra Pontificis Breve Parlamenti o-  
pem implorare statuit, suique libelli  
supplicis ideam Regiæ Curiæ Advoca-  
tis tradidit, in eoque exposuit, suæ  
Instructionis proscriptione injuriam suæ  
Personæ, profapiæ ac dignitati inferri:  
Pontificis autem Breve eo tendere, ut  
Papa immediatam jurisdictionem in uni-  
versam Ecclesiam exercendi, & cuius-  
dam Franciæ Episcopi, nec auditii nec  
admoniti Personam & doctrinam diju-  
dicandi auctoritatem sibi arrogaret; id  
enim inde patere, quod doctrinam in  
instructione contentam flammis dignam  
censuisset, proin sibi integrum esse cre-  
deret,

Sæc. XVIII. deret, de sceptris, & Regnis omnium  
A. C. 1729. Principum pro arbitrio disponere, eo-  
rumque subditos a fide eis debita libe-  
rare, aliunde vero hoc Breve non mi-  
nus æquitati naturali, quam S. Cano-  
nibus in Regno receptis, Ecclesiæ Gal-  
licanæ libertatibus, Regum statutis &  
sacratis Episcopatus juribus adversari,  
jure ergo se ab hoc Brevi ad Parlamen-  
tum appellare &c. Hanc ideam qua-  
draginta circiter Advocati die 4. Febr.  
Anno 1730. approbarunt, existimantes,  
a Clemente XI. hanc Quesnelli propo-  
sitionem: *Excommunicationis injuria me-  
tus nunquam debet nos impedire ab imple-  
do debito nostro*, ideo fuisse proscriptam,  
ut Pontifices injecto excommunicatio-  
nis metu Principes exauktorare &c.  
libere possent. Horum igitur judicio  
confisus Antissiodorensis Episcopus, una-  
cum Advocatorum consultatione suum  
libellum de interposita appellatione per  
Pucellam Abbatem die 8. Febr. Parla-  
mento tradidit, quod etiam edito de-  
creto hoc scriptum ad acta retulit. Hæc  
autem agendi ratio tantopere Cardina-  
lem Fleurium offendit, ut mox Parla-  
menti Præfidi, ceterisque Curiæ Mi-  
nistris inhiberet, ne hac in re ulterius  
procederent, cunctaque silentio invol-  
verent. Hi vero, ne socordiæ labem  
sibi apud vulgus conciscerent, suppli-  
cabant,

cabant, ut contra Romana Brevia fal- Sæc. XVIII.  
A. C. 1729.  
tem simplex suppressionis edictum pro-  
mulgare permetterentur. Verum eo-  
rum precibus unice datum est, ut Ab-  
bas tanquam privatus homo hoc scri-  
ptum traderet juris Regii Cognitoribus,  
hique desuper deliberarent: Nihilomi-  
nus tamen Antissiodorensis Episcopus  
hosce Advocatos tanquam *illuminatissi- mos ac generosos veritatis Defensores* de-  
prædicabat, eosque officiosa gratiarum  
actione honorabat.

### §. XXVIII.

*Pontificis constitutio contra Parla-  
mentorum edicta, & gesta ad-  
versus decretum de Officio  
S. Gregori VII.*

Interea temporis in variis Franciæ  
Provinciis adversus Pontificium de-  
cretum, quo Officium de S. Gregorio  
VII. recitari præceptum est, tot tam-  
que virulenta edicta & scripta in vul-  
gus disseminabantur, ut tam effræni  
licentiæ obicem ponere, summus Pon-  
tifex necessarium duceret. Habito igi-  
tur cum Cardinalibus consilio cuncta  
hæc decreta & scripta damnare, eaque  
tanquam irrita & nulla declarare sta-  
tuit, hancque in rem die decima nona  
*Hist. Eccles. Tom. LXXIII.*      H      De-